

# *Der Text der Reichenauer »Gründungsurkunden«*

HERAUSGEGEBEN VON INGRID HEIDRICH

## *Erläuterungen zur Texterstellung*

Für die früheren Drucke beider Urkunden sei auf die Ausgabe von K. Brandi, *Die Reichenauer Urkundenfälschungen = Quellen u. Forsch. zur Gesch. d. Abtei Reichenau*, Bd. 1, Heidelberg 1890, S. 89–94, verwiesen, für die Beschreibung auf den Aufsatz von H. Schwarzmaier in diesem Band.

Nicht mehr lesbare, aber sinngemäß ergänzte Buchstaben und Buchstabengruppen, vor allem der schlecht erhaltenen Urkunde A 2, sind in eckige Klammern gesetzt, ebenso Zeichen wie Chrismon und Monogramm. ☒ ☒ kennzeichnet die dazwischen eingeschlossenen Passagen als in verlängerter Schrift geschrieben. Übernahme längerer Passagen aus Vorlagen ist durch Petitdruck gekennzeichnet, die Vorlage am linken Rand genannt. Im Gegensatz zur Ausgabe Brandis wurde als Vorlage der Zeit Karls III. nicht die von Brandi noch als echt behandelte, aber von Lechner (MIÖG 21) als Fälschung des 10. Jahrhunderts nachgewiesene Urkunde Karls III. DK III Sp. 189 (Brandi Nr. 30), sondern deren echte Vorlage DK III 6\* ausgewiesen. Die Vorlagen sind am linken Rand gekennzeichnet; es handelt sich um: Marculf II, 4 (Marc.), D Ludwig der Fromme, Migne PL 105, 767–770 (D LdF), DK III 6\* (DK III), DH IV 153\* (DH IV). Im übrigen sei zu Fragen des Formulars auf die Aufsätze von E. Ewig und I. Heidrich in diesem Band verwiesen.

Die halbfetten Ziffern am rechten Rand des Textes beziehen sich auf die inhaltliche Gliederung der Texte im Aufsatz von I. Heidrich. Die Ziffern unmittelbar links neben dem Text geben die Zeilennumerierung wieder. Zur einfacheren Benutzung der Facsimilia wurde die Zeilengliederung im Text beibehalten. Kürzel wurden aufgelöst, Eigennamen in Großschreibung wiedergegeben. Es wurden nur die Satzzeichen der Urkunden aufgenommen. Punkt wurde nur dort gesetzt, wo der Text mit Großbuchstaben wieder einsetzt.

## Nr. I (A 3)

- Marc. 1 [Chr.] ☒ Dum fragilitas humani generis pertimescit ultima vitę tempora subita-  
tanea transpositione ventura oportet ut non inveniat [u]numquemque inparatum  
ne sine aliquo ☒ 1
- 2 boni operis respectu migret de hoc saeculo. Nisi dum suo iure et potestate  
consistit praeparet sibi viam salutis per quam ad aeternam valeat beatitudinem  
pervenire. Igitur ego in dei nomine Carolus 2
- 3 maior domus inlustris viris Lantfrido duci et Bertoaldo comiti. Cognoscat  
magnitudo seu industria vestra, qualiter vir venerabilis Perminius epis-  
copus <sup>1)</sup> una cum peregrinis suis monachis de parti- 3
- 4 bus Galliae in fines Alamannorum ad peregrinandum propter nomen  
domini venerat, quem gratante animo in nostro mundburdio suscepimus,  
et ei locum ad habitandum insulam nuncupantem
- 5 Sindlezzeisauua concessimus, quatenus ibidem monasterium construat, et  
regulam sancti Benedicti secundum normam bene viventium et deum  
timentium ibidem doceat, quatenus predictis
- 6 viris fundatum ipsum monasterium fiat, et inantea a nobis seu a ceteris  
deum timentibus crescere possit. Statuimus etiam ut nullius regimini nisi 4
- 7 dem sedis abbatum ac monachorum ibidem deo rite et caste famulantium  
predicta insula in posterum subiaceat, et ut <sup>2)</sup> nullus publicus iudex <sup>3)</sup>  
neque dux neque comes vel vicecomes aut aliqua
- DK III 8 laicalis persona ad perturbandum vel inquietandum fratres, ad causas  
audiendas, vel freda exigenda, vel mansiones aut pernoctationes faciendas  
vel homines in eadem in[sula a]d eorumdem
- 9 famulorum dei famulatum comanentes distringendos, nec ullas redibitiones  
vel bannos aut inlicitas <sup>4)</sup> occasiones requirendas vel ullum placitum haben-  
dum nullis temporibus ingredi vel ea que pre-
- 10 dicta sunt exigere presumat, sed liceat cunctis prefati monasterii abbatibus  
DH IV cum monachis suis sub dominice immunitatis tuitione | pistores, piscatores,  
vinitores, fullones, ac ceteros servitores suos qui soli
- 11 in eadem insula ad eorum subplementum ac necessitatem habitare et  
DK III commanere debent, regere, distringere, ac per omnia quieto ordine pos-

1) episcopus über der Zeile nachgetragen.

2) ut über der Zeile nachgetragen.

3) iudex mit den nach publicus gesetzten Auslassungszeichen über dux über der Zeile nachgetragen.

4) ci von inlicitas über der Zeile nachgetragen.

- sidere. Insuper etiam precipimus et regia nostra auctoritate sanctimus,
- 12 ut nemo abbatum et aliquis suorum ministrorum in prefata insula potestatem habeat alicui quicquam vel in beneficium concedere, vel in proprietatem tribuere, sed omnia ad sumptum et ad usum
- 13 fratrum reserventur. Quibus monachis peregrinis et cunctis successoribus eorum quinque loca extra insulam in fisco nostro Potamico sita tradimus ac perpetim donamus, quatenus monasterium **5**
- 14 quod ibidem servi dei in honorem sanctę Marię semper virginis et principum apostolorum Petri et Pauli fundaturi sunt per nostrum incrementum ac supplementum crescat, ut dum ipsi peregrini monachi
- 15 et posterius eorum a nostris sumptibus alacrius recreentur, deum pro nobis et pro stabilitate nostri regni frequentius et devotius deprecantur, ut per eorum sanctam doctrinam fiat ipsa provintia
- 16 inluminata, et exemplum bonorum operum in posterum fiat propagatum. Quorum locorum nomina hec sunt. Marcolfingas, Alahollespach, Caltaprunno, Ualamotingas, Alachmontescurt cum omnibus
- 17 appendiciis suis, et ex altera parte Reni fluminis Ermötingas villam nostram cum omnibus appendiciis et terminis suis, et homines viginti quatuor qui in pago Turgaugense commanent cum tributis suis, **6**
- 18 Ratbert, Goduiuino, Leudold, Nappo, Petto, Chuono, Uuicfrid, Iustinus, Uuitald, Baldger, Lantbert, Airfrid, Uuolhart, Theotherih, Theotpret, Alfrid, Raduinus, Ailidulfus, Ermanold, Paldfridus, Etirich,
- 19 Amalfrid, Landuinus, Uualdarius, et omnes posteros eorum cum sua successione, et extra hos quicumque de ingenuis hominibus in predicto pago sua sponte se ibidem nostris temporibus contulerint **7**
- 20 similiter sub nostra defensione permaneant. Vobis ergo iubemus, ut missi nostri inde sitis, ut praedictum virum venerabilem domnum Perminium episcopum et peregrinos monachos eius in prefatam insulam introdu-
- 21 catis, et eos cum supradictis rebus in integrum investiatis, et omnia prefata loca ea ratione suę dicioni subiciatis, ut nulla laicalis persona sicut supra statuimus et confirmavimus
- 22 umquam in prenominate insula potestatem regendi vel placitandi nunc habeat vel deinceps aquirat, sed ipse venerabilis episcopus Perminius cum monachis suis et omnes eorum posteris vide-
- 23 licet abbates ac monachi eiusdem sedis firmissimam licentiam habeant super suos pistores, cocos, piscatores, vinitores, fullones, et super omnes servitores suos ratam potestatem regendi, bannos
- DH IV 24 exigendi, iuramento distrigendi, illicitas et nefarias perpetraciones prohibendi et per omnia in spiritalibus ac in secularibus ligandi et solvendi, qui soli servitores tantummodo prenominati



- 25 eandem insulam ibidem cum <sup>5)</sup> regulariter <sup>6)</sup> subsistentibus monachis  
 caste vivendo et fideliter serviendo sunt inhabitaturi. Illi vero ingenui **9**  
 homines qui in predictis locis resident sub nostro mundburdio
- DLdF 26 sicut iam prediximus, vigeant, degant, atque crescant, et quicquid fiscus  
 inde sperare poterit tam in fredis quam in bannis seu in diversis functioni-  
 bus nullus quislibet iudiciaria potestate
- 27 sibi vendicet, sed totum in alimonia pauperum et stipendia monachorum ibi-  
 dem deo famulantium perpetuo proficiat in augmentum (*rechts von Bienen-*  
*korb und Siegel weiter*) et ut hoc nostrę concessionis **10**
- DK III 28 decretum ab omnibus firmiter observetur, anuli nostri sigillique inpressione  
 subter confirmari iussimus.
- 29 ✕ Signum domni [*Monogramm Karls d. Gr. oder Karls III.*] Karoli qui **11**  
 maior domus dicitur, et pater Pipini ac Karlomanni ✕
- 30 ✕ ego Caldedramnus cancellarius iussione domni Karoli scripsit ✕ **12**
- 31 Actum Ioppilla villa sub die quod fecit mensis aprilis dies viginti quin- **13**  
 que, anno dominice incarnationis, dccxxiiii, in dei nomine feliciter amen. **14**

5) cum über der Zeile nachgetragen.

6) hinter regulariter ist cum über der Zeile nachgetragen. Ein Korrektor wollte  
 cum nicht vor, sondern hinter regulariter eingesetzt sehen.

## Nr. II (A 2)

- Marc. 1  $\times$  In nomine sanctę et individue trinitatis Karolus divina favente cle- 1  
 $\times$  mentia imperator augustus. Dum fragilitas humani generis pertimescit ultima 2  
vitę tempora subitanea transpositione ventura oportet ut non inveniat  $\times$
- 2 unumquemque inparatum ne sine aliquo boni operis respectu m[i]gret de hoc 3  
saeculo nisi dum suo iure et potestate consistit preparet sibi viam salutis, per  
quam ad ęternam salutem et beatę vitę gaudia valeat pervenire. 4  
Igitur ego in dei nomine 5
- 3 Karolus maior dominatu <sup>1)</sup> inlustribus viris Lantfrido duci et Bertoldo 6  
comiti. Cognoscat magnitudo seu industria vestra qualiter vir venerabilis  
Perminus episcopus una cum peregrinis suis monachis de partibus Gal-  
liae in fines <sup>2)</sup> Alamannorum
- 4 ad peregrinandum propter nomen domini venerat, quem gratante animo  
in nostro mundburdio suscepimus, et ei locum ad habitandum insulam  
nuncupatam Sindleozsesauua in fisco nostro concessimus, et ei de ipso  
fisco nostro quinque 5
- 5 loca inter villas et uillares, id est Marcholfingas, et Alaholfespach, et  
Caltaprunno, et Ualamoting[as] et Alahmontescurt, cum omnibus  
appendiciis et terminis suis tradidimus, et ex altera parte Reni flu- 6
- 6 minis Erfmotingas villam egregiam atque regalem cum omnibus appen-  
diciis ac finibus suis donamus, et homines [vi]nginti quatuor qui in pago  
Durgaugense nunc commanent, et res facultatum eiusdem ville incolendo
- 7 possident, Ratbert, Goduvinus, Leudolt, Nappo, Petto, Chono, Winefrid,  
Iustinus, Waltharius, Witald, Palker, Lantber, Arfrid, Wolfhart, Thethe-  
rich, Deodpret, Alfridt, Radwinus, Nilidulfus, Ermanold, Paldfridus,  
Etrich,
- 8 Amalfrid, Landwinus hos <sup>3)</sup> et omnes posteros eorum <sup>4)</sup> cum sua succes-  
sione, quatenus ibidem monasterium in memoriam beatę dei genitricis  
Mariae, et apostolorum Petri et Pauli construat, et regulam sancti Bene-  
dicti secundum normam

1) dominatu *ist nachträglich in den Text hineinverbessert worden.* maior dominatu (*das zweite Wort mitsamt dem Kürzel*) sind von späterer Hand nachgefahren, vgl. auch Z. 34. Ursprünglich stand hier wohl maior domus, vgl. auch den von Schwarzmaier (oben, S. 17) erwähnten Rückvermerk. Auch das folgende inlustribus viris *ist nachträglich (aus inlustris viris?) geändert worden.*

2) fines *ist noch einmal mit anderer Schrift über der Zeile nachgetragen.*

3) hos *über der Zeile nachgetragen.*

4) eorum *über der Zeile nachgetragen.*

- 9 bene viventium ea loci doceat. Hoc ergo monasterium a prefato viro venerabili Perminio adhuc fundandum postquam fundatum erit cum predicta villa Ermotinga et cum prememoratis xxiiii hominibus et cum omnibus eorum succes-
- 10 soribus dotari decernimus, atque iubemus, ut vinum ad sacram eucharistiam preparandam qua divinus sanguis conficitur ex eadem villa singulis annis accipiatur. Sed quia mundus in maligno positus de die in diem ad perniciosam
- 11 nequiciam et ad damnosam ruinam atque calumniose in deteriorem partem assidua protervitate vergitur, et homines semper proni ad omne malum exercendum, pigri autem [ad] aliquid boni vel honesti agendum deinceps nascent, regali nostro
- 12 imperio sancimus et confirmamus, confirmando roboramus, ut hec villa Erfmotinga <sup>5)</sup> quam in dotem sanctę dei genitrici Mariae ad fundandum et augendum ac declarandum monasterium voluntarie damus et offerimus, cum predictis
- 13 hominibus et cun[c]tis eorum successoribus eidem monasterio et monachis in eo in presentiarum degentibus deo eiusque genitrici devote famulantibus et omnibus in futuro post eos succedentibus perpetualiter inhereat, inlibata
- 14 perduret, inconvulsa permaneat, incorrupta et indivisa persistat. Nulli abbatum post venerabilem Perminium prefatam insulam possidentium liceat in hac villa quicquam minuere, vel vineas aut
- 15 mansum, bunnarium, molendinum, agrum, pratium, silvas, loca culta seu inculta vel homines preno[m]inatos nunc presentes vel posteros eorum succedentes cuiquam laicorum in feodum concedere, vel in proprietatem dare, vel ab utilitate monachorum alienare aut absentare, vel quicquam horum que in hac villa pro anima nostra parentumque nostrorum in elemosinam et pro stabilitate tocius regni a nobis tradita sunt audeat
- 17 proterve seu presumptuose distrahere vel dissipare. Insuper etiam prelibatis viris et posteris eorum talem iusticiam et iuris compositionem constituimus habere qualem et antea ad nostrum fiscum pertinentes habebant et
- 18 hec addimus, ut coram nullo seculari iudice <sup>6)</sup> regant vel bannum persolvant, vel quicquam regiminis quasi constricti pati[antur nisi a venerabili Perminio sive eius successoribus post eum rite prefatum monasterium regentibus

5) *das f von Erfmotinga über der Zeile nachgetragen.*

6) *Der Text hat iudic.*



- 19 et coram advocato quem ipsi abbas et fratres <sup>7)</sup> sibi prudenter elegerint. Res et facultates ecclesie quas possident hereditario iure teneant, [liceat cum] condicione ut quando quis eorum moritur habens heredem novem  
 20 solidos et sex nummos in usualem sumptum monachorum componat, et sic heres feodum patris obtineat, pro casu a[utem] patris animal preciosis[simum] quod si animalia non habet facultatum suarum portionem maxime  
 21 valentem tribuat. Si quis eorundem filiam suam in matrimonium extra societatis terminum dederit tres solidos componat ad prefatum [monasterium] quod si infra nullum patiatur detrimentum. De illis vero liberis **10** homi-  
 22 nibus qui in supra dictis locis resident qui tributum suum hactenus nobis persolvebant stat[ui]mus ut quicquid fiscus inde sperare poterit noster tam [in] fredis quam in bannis seu in diversis functionibus nullus laicorum  
 23 quicquam sibi inde [v]endicare aude[a]t. Sed ipsi monac[hi] cum omni tranqu[i]llitate deinceps rec[i]piant ac retineant. Proinde si qu[ando]que **11** aliqua magna necessitate ingruente contra hostem eundum  
 24 sit idem prefati liberi homines quos abbas tunc temporis elegerit aptos eant, et illi quos in dotem dedimus remaneant, nullumque here[ban]num persolvant, sed interim monasterio in edificiis ad quod pertinet  
 25 fideliter deserviant. Insuper etiam predicto monasterio ob venerationem **12** boni fundatoris Perminii episcopi regali nostro imperio aliud regium donum addimus scilicet ut post eum cuncti abbates in eodem monasterio regimen  
 26 sortie[nt]es a suis monachis primum simpliciter eliguntur, et post hanc liberam electionem representati a nobis investiantur. Quos quoque abba- **13** tes ut in dei servicio immorentur obnixius ab omni expeditione  
 27 sola Romana excepta absolvimus, et ut etiam ips[i]abbates cum suis [m]onachis laudes dei me[di]tentur sepius et attentius nullam curiam regum quasi ex iure vel districti nisi libeat frequente[n]t  
 28 excepta si qua propter regni negocium inevitabiliter tractandum cunctis equaliter edicta fuerit principibus. Obsecramus ergo vos atque iubemus **14** ut sicut ministri nostri eundem venerabilem <sup>8)</sup> virum Pirminium  
 29 in predictam insulam deducatis, et ei hec prenomina loca sicut disposuimus et ipsos homines prememoratos potestative subiciatis ut inantea a nobis et a ceteris deum timentibus illic crescat

7) abbas et fratres *über der Zeile nachgetragen.*

8) *Der Text hat: verabilem.*

- 30 norma religionis. Si quis autem hec nostra statuta atque precepta violare **15**  
 vel infringere conetur, celesti lumine (*Siegel*) [privetur, si] quis abbas  
 vel monachus vel clericus seu laicus pre-
- 31 fata bona vel homines nunc presentes aut posteros eorum in futuro suc-  
 cedentes a memorato monasterio (*Bienenkorb, Siegel*) auf[err]e vel  
 [a]lienare molietur, ipse celestis gaudii extorris
- 32 (*die Zeilen 32 bis 37 beginnen hinter dem Siegel*) existat et nomen  
 eius de libro vite deleatur, fiant filii eius
- 33 orphani et uxor eius vidua, amen
- 34 + Sig[num] inluster vir Karlo maior domnatu<sup>9)</sup> + Signum inluster vir **16**
- 35 Karlomannus filius eius + Signum inluster vir Pippino filio eius
- 36 + Signum inluster vir Hucberto comes palat[ii . . .]
- 37 Actum Ioppilla villa sub die quod fecit mensis aprilis dies viginti v **17**  
 (*die folgenden Zeilen stehen links von Bienenkorb und Siegel*)
- × Signum domni Karoli [*Monogramm Karls d. Gr. oder Karls III.*] **18**  
 sere[ni]ssimi imperatoris augusti ×
- × Caldedramnus archicancellarius invictissimi et potentissimi Karoli **19**  
 imperatoris augusti recognovi ×
- data vii Kalendas maii anno ab incarnatione domni nostri Jesu Christi **20**  
 dccxxiiii, anno autem ipsius Karoli imperii nostro viii

9) maior domnatu wurde nachträglich ausgebessert in dunklerer Tinte.